200

152. CONTRA GERMANUS IN ITALUM.

Ut nos dulce merum, sic nos uenus improba uexat,
Lex posita est Veneri Julia, nulla mero.

153. Epistola ad amicum scripta.

S. Opto tibi bonum et felicem diem. amice suauissime Petre, Deumque patrem dni nri Jesu Christi qui tuam beneuolentiam in otb. periculis et ærumnis seruauit, deuotis precibus oro, ut et inposterum te tueri et Angelis suis custodire uelit. Charissime Petre, non possum satis mirari, quod per interuallum temporis quo e schola Illustri à me discessisti, nullas ad me dedisti literas, quoties dedisti literas ad Jegerum amicum tuum summum, numquam intermittere potuisti, quin me non salutes, et recte fecisti quod tu in memoriam redegeris uoluntatem et beneuolentiam meam erga te, quam hoc tempore habui quo tu in hac schola uixisti apud me, ideo agnosco tuam amicitiam erga me, eitem sis qui ante fuisti. Quamobrem non potui intermittere ad te ut scribam, quoniam Jegerus amicus tuus summus, rogauit me tibi ut